



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Balthasar Moscoso, & Sandoual. n. 29

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

29. * A BALTHAS. MOSCOSO, SANDOVAL, *Inter Purpuratos Ecclesie Patres meritissimo, etiam Archiepiscopo Toletano, viroque multis nominibus Societati Colendissimo. Is in Edicto pro eius Missionibus à se pronunciato, & Mexici typis edito ann. 1647. hæc inter alia multa scribit. Consideratus (inquit) magnas calamitates, quibus Hispanica Monarchia premitur, tot bellis, totque inimicis rebellibus impetita, &c. ad quorum omnium remedium, cum ipsa experientia Nos doceat, singulari nostra consolatione, spiritualem fructum, & animarum profectum, quem Religiosi Societatis IESV, Missionum vsu, & exercitio, maxime ad culparum, & peccatorum emendationem, morum reformationem, doctrinæ Christianæ, ac ceterorum mysteriorum nostræ Sanctæ fidei Catholicæ instructionem, ac educationem, faciunt: Visum est Nobis, ab illis affectuosè petere, sicut fecimus, & vt hoc Sancto Missionum exercitio, omnes Ciuitates, Villas, & loca totius nostri Archiepiscopatus percurrant, &c. Tanta de Societatis Nostræ Missionibus tanto Principi opinio erat, vt illas unicum presentiusve totius Regni, pene collabentis subsidium fore, indicaret.*

Eius Missiones laudantur.